



## Universitätsbibliothek Paderborn

**M. Adami, Scriptoris Vetus, Historia Ecclesiastica,  
Religionis Propagatae Gesta, Ex Hammaburgensi  
Potissimum Atque Bremensi Ecclesiis, Per Vicina  
Septentrionis Regna**

**Adamus <Bremensis>**

**Helmestadi[i], 1670**

XVII. Diploma Heinrici IV. Imp. De Villa Sinziche.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11096**

**SIGEHARDVS CANCELLARIUS VICE SIGEFRIDI AR-**  
**CHICANCELLARII RECOGNOSI.**

**Data XIV. Kl. Novembr. Anno Dominici Incarnati-**  
**onis MLXV. Indictione III. anno autem incarnationis Do-**  
**mini HEINRICI quarti Regis XI. regni vero IX. Actum**  
**Goslariæ in Dei nomine feliciter, Amen.**

## XVII.

**DIPLOMA HEINRICI IV. IMP. DE VILLA**  
**SINZICHE.†**

† Santi-  
cum vocat  
Adamus,  
quem vide  
lib. 4. c. 24.  
pag. 124. &c.  
lib. 3. cap.  
30. p. 101.

**I**N nomine sanctæ & individuae Trinitatis **HEINRICVS**  
*Divina favente clementia Rex.*

Cum regiae dignitatis sit jus cuiquam servare suum, præ-  
cipue tamen ecclesiastica iura nobis observanda videntur,  
quia si peccandum, tolerabilius in hominem quam in Deum,  
si non peccandum, reverentius tamen Deo quam hominibus  
obsequendum. Nos quidem patrum præcedentium vestigia  
imitari cupientes, augere bona ecclesiastica, aucta retinere,  
nostroque, in quantum possumus, patrocinio tueri debemus,  
quatenus nostra tenera ætas ad virile robur anhelans, promo-  
veri si promoverit sperans, & dandi in Deo gloriam affequa-  
tur, & data inter homines confirmandi gratiam non amittat.  
Vnde omnibus Christi nostrique fidelibus, tam futuris  
quam præsentibus, notum esse volumus, qualiter bene erga  
nos promerentem **ADALBERTVM Hammaburgensem**  
Archiepiscopum digne remunerantes, ad Archiepiscopalem  
ecclesiam scilicet Hammaburch in honore domini & Salva-  
toris nostri, ejusque intemeratae genetricis **MARIÆ**, &  
*beati*

beati IACOBI Apostoli, sancti quoque Viti martyris, constructam villam unam SINZICHE dictam, in pago Archigouve PERIOLDI Comitis sitam, cum omnibus appendicis, hoc est, utriusque sexus mancipiis, villis, vineis, agris, pratis, campis, pascuis, silvis, venationibus, terris, cultis, & incultis, aquis, aquarumve decursibus, molis, molendinis, punctionibus, exitibus & redditibus, viis, & inviis, quæfitis & inquirendis, monetis quoque mercatis, theloneis, omniq[ue] districtu in proprium dedimus atque tradidimus, & perpetua liter posſidendum concessimus. Ea videlicet ratione, ut predictus ADALBERTVS, ejusdem sedis Archiepiscopus, suique successores eandem, quam de cæteris ecclesiæ suæ bonis legaliter adquisitis, liberam & de hac potestatem habeant tenendi, commutandi, precariandi, vel quicquid ad utilitatem suæ ecclesiæ voluerint, faciendi. Et ut hæc nostra regalis traditio stabilis & inconvulsa, omni permaneat ævo, hanc cartam inde conscribi, manuque propria corroborantes, sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

SIGNVM DOMINI HEINRICI QVAR-  
TI REGIS.

SIGEARDVS CANCELLARIUS VICE SIGEFRIDI AR-  
CHICANCELLARII RECOGNOM.

Data XIV. Kl. Nov. Anno Domini Incarnationis  
M.LX.V. Indictione III. Anno autem ordinationis Domini  
HEINRICI quarti Regis XI. regni vero IX. Actum Gos-  
lariæ in Dei nomine feliciter, Amen.

Ee 3

DIPLO-